# EX TEMPORANEA REPETITIO.



AD CONCILIVM COMPENDIENSE

*In Cap. omnes dies 1. de ferijs.*

Coram amplissimo Salmanticensium cætu per spatium vnius horæ, & dimidię peroiata in petitione Cathedræ Primariæ die vigesima secunda Augusti. Anno Dñi 1668.

*Eisdem verbis, eodem ornatu, quo ex suggestu recitauit, publicè edidit.*

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI,
D. ILLVSTRISSIMO, PATRIÆ PATRI,

## D. GASPARI DE BRACAMONTE,

## Comiti de Peñaranda.

Præsidi supremi Indiarum Senatus, Hispaniæ Gubernatori &c.

*DOCTOR*

*D. HIERONYMVS CHACON ABARCA.*

I. C. Salmanticensis, & pro obtinendis Iuris Pontificij Cathedris feré antiquior Candidatus

D. O. & C.

*Cum D. Chancellarij permisu.*

## *EX CONCILIO COMPENDIENSI.*

*Omnes dies Dominicos à vespera in vesperam, cum omni veneratione decernimus obseruari, & ab omni illicito opere abstinere: vt in eis mercatum minime fiat, nec placitum: nec aliquis ad mortem vel ad pœnam iudicetur, nec sacramenta (nisi pro pace, vel alia necessitate) præstentur.*

## TOTIVS PRÆLECTIONIS SVMMARIVM.

N. 1. *Diebus in dominicis mercari, litigari, iudicari, vel iurari non licet; sed de vespera in vesperam cum omni veneratione debent celebrari: nisi pro pace aut necessitate. Quæ positio probatur pluribus iuribus, & authoritatibus.*

2. *Proponitur difficultas prima contra conclusionem.*

3. *Augetur prima ratio debitandi ex tex. in cap. veniens 15. de acusatio. cum alijs.*

4. *Secunda difficultas proponitur, & quædam solutio datur; verum reicitur.*

5. *Augetur superior difficultas ex can. 65. Apostolorum, & alijs ex iuribus, & authoritatibus.*

6. *Traditur origo sacrorum dierum ex lege veteri.*

7. *Diem solis Dominicum gentes vocabant, cuius appellatio à tempore Apostolorum originē duxit*

*Dominicum diem pluribus beneficijs Deus condecorauit, ibidem num. 7.*

8. *Dominicum diem feriatum esse Apostoli voluerunt.*

*Dominicis in diebus conuentus in Ecclesia magnopere commendabatur primis Ecclesiæ in seculis ibidem n. 8.*

9. *Non solum Ecclesia valet constituere dies sacros, verum Episcopi in suis diœcesibus.*

*Transgresores feriarum lege veteri puniebantur, & nunc ab Ecclesia solent puniri, ibidem n. 9.*

10. De

*10. De vespera in vesperam cessare ab operibus homines teneri diebus in sacris.*

*11 non solum nostra constitutio est intelligenda de die Dominico, sed ad alios dies sacros extenditur.*

*Ethnici etiam dies sacros obseruabant, ibidem n. 11.*

*12 Pro necessitate in Dominico omne opus permissum.*

*13 Si pax vel pietas suadeat, in ferijs licet opus seruile, & iudicia exercere.*

*14 Saltationes, turpia cantica, theatrales ludi, spectacula, & comessationes intemperatæ prohibentur diebus in sacris.*

*15. proponitur ratio decissiua ad nostrum tex.*

*16. Diluitur prima ratio dubitandi supra n. 2. tradita.*

*17 Intelligitur tex. in cap. veniens 15. de acusatio.*

*18 soluitur tex. in leg. miles 11. §. sexaginta ff. ad legem Iul. de adul. leg. 1. C. de ferijs.*

*Intelligitur tex. in leg. 1. §. dies autem istos 7. ff. quando appellandum sit, ibidem n. 18.*

*19 Soluitur tex. in leg. custodias 12. ff. de publicijs iudi. & leg. Diuus 9. ff. de ferijs.*

*Leg. prouinciarum 10. C. de ferijs, ibidem num. 19.*

*20 non obstat secunda ratio dubitandi ex cap. licet tam veteri 3. hoc tit.*

*21 Intelligitur cap. 8. sexta Synodi in Trullo cap. sextam Synodum 5. 16. dis.*

*22 Respondetur augmento 2. rationis dubitandi deductum ex Cano. 65. Aposto. & ex alijs iuribus ex sententia Garanæ.*

*23 Traditur non vulgaris intellectus ad Canonem 65. Aposto.*

*24 Exemplo Apostolorum Romana Ecclesia, & Hispana in Sabbatho ieiunabant.*

*25 Intelligitur Canon 26. Concil. Illiberitani, & Concilium Constantinop. 6. cano. 55.*

*Vnde proueniat mos edendi extrema animalium in Hispania, ibidem num. 25.*

*26 Quo ad Dominici diei ieiunium, nec Orientalis, nec Occidentalis Ecclesia nunquam dubitarunt, nec disenserunt.*

*27 Genuflexio prohiuita in Dominico ex cap. 2. hoc tit. & ex alijs iuribus & authoritatibus.*

*28 Mos antiquissimus genuflectendi, & in Ecclesia vires obtinuit, & à pluribus Sanctis approbatus.*

*29 Soluitur tex. in cap. quoniam 2. hoc tit. & alia iura, & authoritates.*

*Traditur ratio genuflexionis non admissæ in Dominico: sed hodie vsui, & consuetudini standum, ibidem num. 29.*

*Poplites flectere per sex dies licitum, & ratio traditur huius moris, ibidem n. 29.*

*Ex hoc duplici more reijciuntur hæreses Manicheorum, & Agnoclytarum, ibidem num. 29.*

# EX TEMPORANEA REPETITIO.

1 EX quibus verbis talis deducitur disputanda Conclusio, *Diebus Dominicis mercari, litigari, iudicari, vel iurari non licet; sed de vespera ad vesperam cum omni veneratione debeant celebrari: nisi pro pace, aut alia necessitate.* Vtpote verissima hæc Conclusio probatur *ex text. in cap. quoniam 2. cap. licet 3. cap. Conquæstus fin. hoc tit. de ferijs cap. nullus 1. cum seq. 15. q. 4. cap. decreuit 17. 22. q. 5. cap. Missas 64. cap. qui die solemni 06. de Consecra. distinctione 1. cap. pronuntiandum 1. cap. irreligiosa 2. cap. placuit 9. cum alijs de Consecra dis. 3. cap. per venit 2. de immunitate Ecclesiar. cap. significauerunt fin. de iudicijs Conc. Nicen. cano. 20. Con. Agathe cano. 47. Constantinop. cano. 8. synodus Trulla. cano. 19. & 81. Con. Emeriten. can. 19. Tribur. cano. 35. Agath. cano. 21. relatum in cap. si quis 35. de consecra. dis. 1. & can. 63. Matisco. 2. can. 1. Illiberita cano. 21. Triden. ses. 25. cap. vlt.* Ex iure cæsareo probatur *ex tex. in leg. vnum die Dominico 2. leg. omnes iudices 3. leg. quadraginta 6. leg. omnes dies 7. leg. 8. 9. & fin. C. de ferijs leg. Dominica C. de spectaculis, leg 34. cum sequentibus tit. 2. par. 3.* Suisque commentarijs illustrant, preter ordinarios ad nostrum textum, & prædic. Iura repetentes, *nempe Panor. Felinum Ancharra. & alios, Grego. Lopez in dic. legibus Partitarum. Fran. Suarez 1. to. de legibus lib. 2. cap. 30. Bellarmi. 2. to. controu. lib. 3. de Sanctis cap. 10. cum sequentibus, Reginaldus in praxi fori pœnitentiarij 2. tom. lib. 19. cap. 3. Azor 2. tom. insti. moral. lib. 2. Cap. 27. Petrus Gregorius lib. 2.*

*sintagmat. cap. 16. & lib. 1. parti. iuris Canonici tit. 19. ex cap. 1. Cæsar Baronius 1. to. Annalium anno Chris. 58. num. 81. Cironi, & Anasta. Germo. in parati. ad nostrum tit. & lib. 1. de sacrorum immunitatibus cap. 19. & lib. 3. cap. 20. Guterius de veteri iure Pontifi. lib. 3. cap. 15. cum seq. Thomas Sanchez lib. 2. ad præcep. Decalogi cap. 37. num. 12. Couarru. lib. 4. variar. cap. 14. Gutierrez lib. 1. canoni. quæstio. cap. 31. Menocchius de arbitrarijs, lib. 3. quæs. 30. Spino in speculo testamentorum, glo. 16. num. 10. Nauarrus in manuali cap. 13. & in cap. cum contingat de rescrip. 12. causa nullitatis Scaccia de iudicijs lib. 2. cap. 5. Brissonius in leg. Dominica C. de spectaculis Biuarius de veteri monacha. lib. 2. cap. 12. num. 31. & 32. Noster D. Ferdinandus Meneses in cap. fin. de iuramento calum. num. 27. eruditissimus vespertinus D. Emmanuel Gundisalbus & Tellez lib. 2. de Confirmando Concilio Illiberitano in notis ad canonem 21. D. D. Franciscus Sanchez Randoli in repetitione ad tex. in cap. fin. hoc tit. Duarenus ad tit. de arbitris fol. vlti. in fine Done. lib. 24. commen. Cap. 7. Osual. ad eundem littera A. cum sequentibus.* ex sanctis PP. probant *D. Aug. epis. 86. ad Cassullanum, & epist. 119. ad Ianuarium, & aduersus Luciferanos, & de tempore sermone 251. & 215. Iustinus Mar. apolog. 2. pro Christ. Maximus Episcopus Taurinensis in sermo. de Pentecoste, qui inter Ambrosi. sermo. est 60. D. Isidorus lib. 6. Etymolog. cap. 18. & repetit lib. 1. de officio Ecclesiastico, cap. 13. & cap. 33. & cap. 15. D. Clemens lib. 7. constitu. Apost. cap. 31. & lib. 8. cap. 39. & lib. 2. cap. 63. Innocen. 1. epist. ad Decenti. Episcopum cap. 4. Tertulianus aduersus Psychicos cap. 2. & lib. de corona milit.*

2 Verum hæc conclusio maximas patitur difficultates. Prima erit aduersus nostrum tex. quatenus in eo asseritur ab operibus illicitis, de quibus in eo efficitur mentio, homines abstinere debere: cũ per se notum sit mercare, litigare, iudicare, & iurare, per se licita opera esse, aliàs si illicita fuissent, nec in die Dominico, nec in alio valerẽt exerceri: Ergo in merito opera illicita nuncupantur in præsenti, & per consequens die in sacro sicut in alijs possunt exerceri. Probatur consequentia, nam actus iudiciales pertractare est li-

licitum *cap. vnico de syndico*, cũ in diebus festiuis lites non disceptarentur, fierent immortales, non sine magno Reipublicæ, & litigantium incommodo, suorumque bonorum diminutione, quod summopere iura intendunt obi. *tex. in cap. finem litibus de dolo, & contu. cum alijs vulgatis*, & sic adempta litigandi libertate patrimonium diminuitur. *leg. vnica, C. vt nemo inuitus.* Igitur diebus in sacris ad minus iudicium valet pertractari.

3 Et hoc adeo verum est, vt plurima iudicia exercuisse, tam Pontifices, quam Iuris consultos diebus feriatis pro certo habemus apertis testimonijs. & primo expendo *tex. in cap. veniens 15. de accusationibus*, vbi Canonicus Pragensis coram Alexandro 3. suum Episcopum criminaliter accusauit, asserens filii Sacerdotis esse, & in Episcopatu intrusum, plurimaque fecisse cõtra Ecclesiæ Pragensis statuta; citatus fuit prędic. Episcopus ad diẽ Dominicũ Paschatis, & non cõparuit per se, sed procuratores misit, suas excusationes vt proponerẽt, cũque vt defenderent in causa criminali, cõtra decisionẽ *text. in cap. tuæ 5. de procuratoribus* (quã antinomiã soluit præceptor meus sine laude maior *D.D. D. Ioannes Rodriguez Armenteros, in tract. de procurat. ex num. 10.* quibus excusationibus, & alegationibus alijs auditis, & ex confessione prædic. Canonici, silentium est impositum Canonico; quamuis propter contumatiam, & infamiam Alexander decreuit Episcopo purgationem imponendam. En vbi vt contumax condemnatur Episcopus, quia non comparuit die Paschatis; & tamen certum est, citationem actum iudicialem esse, *leg. 1. §. 1. ff. hac tit. leg. 1. & 2. C. quomodo, & quando iudex cap. placita 15. quæst. 4.* Ergo exercere iudicia opus licitum est, & in diebus Dominicis valent agitari. Pro qua re est etiam *text. in leg. miles 11. §. sexaginta 6. ff. ad leg. Iuliam de adul.* vbi marito facultas datur à Papiniano ad proponendum libellum adulterij intra sexaginta dies vtiles, sed si facultatem habeat à Præside proponendi libellum diebus feriatis, tunc intra prædictos dies fæₓriati computantur. Deinde Modestinus, *in leg. custodias 12. ff. de pu-*

*publicijs iudicijs* ait, audire posse iudicem custodias reorum feriatis in diebus, ita vt inoxios dimitat, & nocentes, qui duriorem animaduersionem indigent, differat. Nec non Imperatores Hono. & Theodos. *in leg. Prouinciarum* 10. *C. de ferijs* sanxere, in quęstione latronum nullum tempus etiam Paschæ, aut quadragesimæ esse atendendum, seu excipiendum. Si ergo tam apertis iuribus, & testimonijs aparet, iurgia & lites feriatis in diebus exerceri posse, quare in nostro text. asseueratur, vt iudicia Dominico in die non pertractentur?

4. Secundo difficilis redditur nostri text. mens, quatenus in eo asseritur, diebus in Dominicis solum ab opere seruili cessandum esse, nam non solum dies Dominicus feriatus, & solemnis est, verum & dies Sabbathi; quia sicut dies Dominicus solemnis, vt dies resurectionis, & lætitiæ, in memoriam resurectionis, & ob id ab opere seruili cesandum; ita dies Sabbathi solemnitatis, & lętitiæ est, in memoriam quod illo die quieuit Deus, postquam omnia, quæ in cœlo, terra, & mari erant, creauit, *Genes. cap. 2. cap. licet tam veteris 3. hoc tit.* Ergo si Dominica dies, & Sabbathum quoad lætitiam, & solemnitatem pari passu ambulant: quare Compostellanenses PP. cesari, & in Sabbatho ab opere illicito nō decernunt? Nec difficultatem efugies, si dicas lege veteri Sabbathi diem demandatum fuisse, & ab ipso Deo *Genes. cap. 2. Exo. cap. 16. 20. 21. & 23. Leui. cap. 19* & Sabbatha Synagoga ex præcepto cęremoniali obseruabat vt festiua *Ezech. cap. 20. Deuth. cap. 5.* qui quidem Sabbathi dies feriati, tanquam pręcepto cęremoniali instituti, cesarunt, *cap. translato 3. de Constitu. cap. vnico de purifica. post partum.* Quę solutio facillimo negotio impugnatur, quia tam legis veteris, quam noui testamenti pagina festibus, & solemnis est dies Sabbathi, quæ ferè sunt verba *text. in cap. licet tam veteris 3. hoc tit.* qui dies in requiem humanam deputatus, & in honorem Altissimæ Maiestatis. Deinde decretum extat *in C. 10. 8. sextæ Synodus in Trullo versiculo conueniendum est,* etiam in lege noua gratię Sabbathi diem vt feriatum, & so-

solemnem obseruandũ esse, cum eo in die omnes christiani cum luminarijs, & oblationibus ad Missam solemniter accedere debeant. Palam quidem est apud Egyptios non solum Dominicam diem, sed & Sabbathum fuisse solemnes, cum eius rei apud Casianum extant perspicua testimonia, nam *lib. 2. cap. 6. in die vero Sabbathi*, ait, *vel Dominico, vtrasque lectiones noui testamenti de nouo recitant, & lib. 3. cap. 2. nulla apud eos per diem publica solemnitas absque die Sabbathi, vel Dominica celebratur, & cap. 9.* redit rationem, *& cap. vlt.* Sabbathum, & Dominicam *feriata tempora* nuncupat. Cui concinit *Socrates lib. 6. histo. cap. 8. cum festa*, inquit, *cuius libet hebdomadæ ocurrebant videlicet Sabbathum, & dies Dominicus in quibus conuentus in Ecclesia fieri solent &c. Et Palladius in Lausiacum cap. 7.* de Monachis Nitriç prope Alexandriam commorantibus agens, ait, *veniunt ad Ecclesiam Sabbatho solum, & Dominico.* Ex quibus facile conuincitur adhuc in lege gratiæ Sabbathum diem solemnem, & festiuum esse, & æqualem Dominico.

5. Amplius çqualitas horum dierum post aduentum Christi aperte depromitur ex *Cano. 65. Apostо.* cuius hæc sunt verba, *si quis Dominicum diem, aut Sabbathum vno solo dempto ieiunare deprehendatur, deponitur; si Laycus, à communione deicitur*, ex quibus verbis constat diem Dominicum Sabbathi diei æquiparari: Hinc omnis Ecclesia Orientalis Sabbathis (maiori excepto) à ieiunio abstinebat, qua de re extat testimonium Sancti Ignatij *epistol. 8. ad Philipenses*, idem decreuere PP. Trullani *in sexta synodo can. 55.* & Agathenses *in cano. 12. relato in cap. placuit 9. de consecra. dis. 3. placuit* (aiunt PP.) *vt omnes Ecclesiæ filij, exceptis diebus Dominicis in quadragesima etiam die Sabbathi Sacerdotali oratione, discretionis communione ieiunent*, & huius diei solemnitas prçcepta est à Clemente Papa, *lib. 7. const. Apostо. cap. 24.* dum scribit, *Sabbathum, & Dominicum diem festum agimus; quia illud conditæ naturæ monumentum, hic resurrectionis; & lib. 8. cap. 39. ibi: operentur serui quinque dies, in Sabbatho, & Dominico die quiescant in Ecclesia propter doctrinam pietatis, Sabba-*

*bathum enim diximus creationis habere rationem, Dominicum resurrectionis;* sed in vita S. Onuphri legimus, interroganti Paphnutio *Pater benigne die Dominico, vel Sabbatho communionem percipiebas ab aliquo?* respondisse, *omni die Dominico, vel Sabbatho Angelum Domini paratum inuenio, Sacrosanctum corpus; & Sanguinem Christi deferentem, de cuius manu michi præciosissima donantur munera.* Quā ob causam inuenimus inniuitū ieiunum in die Dominico, etiam si concurrat cum eo vigilia In honorem alicuius Sancti ab Ecclesia statuta *cap. 1. de obseru. ieiunio.* nec quadragesima admittitur eo in die *cap. quadragesima 16. de consecra. dis. 5. cap. placuit 9. cap. ieiunium 14. cap. ne quis ieiunet de conseer. dis. 3.* Ex quibus depromitur æqualitas horum dierum quo ad solemnitatem, & eius ratio. Ergo immemores solemnitatis Sabbathi PP. Concilij decreuerunt in Dominico solum esse færiandum.

6 Verum his difficultatibus minime refragantibus, vt nostri tex. mentem verissimam esse ostendamus, pluriumque iurium difficultates remoueamus, statuo (omissa diffinitione færiæ quam tradit, *Petrus Gregorius lib. 1. partitio. iuris Cano. tit. 19. cap. 1.* & multiplici diuisione de quibus *idem Petrus Greg. lib. 2. sintag. iur. Cap. 16. Guterius de veteri iure pontifi. lib. 3. cap. 15. cum aliquibus seq.*) færias seu festiuos dies quosdam sacros, & à Deo mandatos esse, vt Sabbathum *Gene. cap. 2. Exo. cap. 16. 20. & 23. Leuit. cap. 19. cum alijs,* & alia veteris testamenti festa per Moysem promalgata, vt Paschæ festum, seu Phase *Exo. cap. 12. 13. 23. & 24. Leuit. 23. Num. 9. & 28. Deuthe. cap. 16.* festum, & solemnitas Tabernaculorum post frugum congregationem *Exo. cap. 23.* & festum septem dierum *Leuit. 23. Esdræ 8. Deuthe. cap. 16.* dictum, & festum Scenophagiæ Mensis Caseu *2. Macha. cap. 1. D. Ioannes Euang. cap. 7.* festum & Neomediç in principio Mensium Iudęorum *Num. 28. Ezechi. cap. 45.* Quæ festa confirmata, & aucta fuere per Iesum Christum verum legislatorem. Deinde alia per suam Sanctam Ecclesiam constituta *in cap. pronunciandum 1. de consecra.*

 *dis.*

*dis. 3. in nostro tex. in cap. 2. 3. & fin. hoc tit. in cap. quæsiuit 14. §. fin. de V. S. in cap. 1. de reliquijs, & vene. Sancto.* & in alijs iuribus traditis, & explicatis à *Petro Greg. dic. lib. 1. parti. cap. 3. lit. F.*

7 Inter quæ festa ab Ecclesia statuta dies Dominicus est, de quo mentio efficitur in nostro tex. & in alijs: *quem diem Solis* gentes olim vocabant, & Imperatores Constantinus *in leg. omnes iudices 3.* & Valentinus Theod. & Arch. d. *in leg. omnes dies 7. C. de ferijs*; Iudæi *primam Sabbathi*, quod prima esset post Sabbathum; Christiani vero *diem Domini*, seu *Dominicum*, *Diuus August. epist. 86. ad Cassulanum*, quia eo die Christus Dominus à mortuis surrexit; *Iustinus Martir in 2. Apolog. pro Christia. Solis autem die*, inquit, *Communes cœtus, & concursus facimus: quandoquidem primus hic est dies, quo Deus caligine dispulsa orbem condidit, Iesus Christus seruator noster eodem die à mortuis excitatus: nam eo die qui Saturni diem sequitur, qui quidem solis est dies, Apostolos suos, & discipulos, quibus conspicuum se præbuit: Maximus Episcopus Taurinensis in Sermone de Pentecoste*, qui inter Ambrosij Sermo. est 60. *D. August. epist. 119. ad Ianuarium cap. 13.* & repetit. *lib. 22. de Ciuit. Dei cap. vlti.* ibi; *dies Dominicus non Iudæis, sed Christianis resurrectione Dei declaratus est, & ex illo habere cœpit festiuitatem suam. D. Isidor. lib. 6. Etimolog. cap. 18.* & repetit. *libr 1. de offi. cio. Ecclesiast. cap. 13.* Huius appellationis institutio, si à capite accersenda est, ab Apostolorum temporibus originem duxit *Apocalip. cap. 20.* ibi; *fui in Spiritu Dominica die*, *D. Clemens lib. 7. Consti. Aposto. cap. 31. die resurrectioni Domini dicato, Dominicum dicimus. Innocen. 1. in epist. ad Decentium Episcopum.* Qua de causa primi Christiani eo die stantes orabant, non vero poplites flectebant, *D. August. dic. epist. 119. Hiero. aduersus Lucifera. Isidorus de officio Eccles. cap. 33.* de quo pluribus aliquando diximus: fuerunt, & alia insignia beneficia, quibus hunc diem Deus ab. Orbe condito condecorauit, quæ mire D. Leo Pontifex congessit *epist. 1. ad Discoridem Episcopum Alexandri. cap. 1. tanti*, inquit, *diuinarum dispensationum mysterijs est condecorata, vt quidquid est à Domino insignitus institutum,*

*tum, in huiusdiei dignitatem sit gestum; in hac mundus sumpsit exordium, in hac per resurrectionem Christi, & mors interitum, & vita accepit initium, in hac Apostoli à Domino prædicandi omnibus gentibus Euangelij tubam sumunt, & inferendum vniuersi mundo Sacramentum regenerationis accipiunt, in hac sicut Beatus Euangelista testatur, congregatis in vnum discipulis ianuis clausis, cum ad eos Dominus introijsset, insflauit, & dixit, accipite Spiritum Sanctum &c. in hac denique promissus à Domino Apostolis Spiritus Sanctus aduenit; vt cœlesti quadam regula insinuatum, & traditum nouerimus, in illa die celebranda, nobis esse mysteria Sacerdotalium benedictionum, in quo colacta sunt omnia dona gratiarum*; eadem Isidorus vbi supra *cap. 15. Conci. Mathis. secundum cano. 1.*

8 Deinde Dominicam diem feriatam esse, quia *Innocen. 1. epist. 1. ad Decentium Episcopum cap. 4.* huius diei originem repetens ab Apostolis, illos in gratiam resurrectionis festiuam esse voluisse, scriuit; & quia Dominicum diem non minus celebre esse voluerunt Apostoli apud Christianos, quam Moyses Sabbathum apud Iudæos, *D. Clem. lib. 8. const. Apostо. cap. 39. D. August. de tempore sermo. 251.* adque ideo omnem gloriam Iudaici Sabbathismi in Dominicum translatam, & quod ipsi in figura nos in veritate celebramus. Qua in die fideles in propria Parrochia Missæ Parrochiali intersunt, & in primis Ecclesiæ seculis Dominicis in diebus conuentus in propria Ecclesia valde commendabatur, non solum vt Missarum solemnibus, verum vt Diuinis officijs, stationibus, processionibus, Parrochi concionibus, & alijs officijs, quę in alijs festiuitatibus omittebantur adessent. *D. Clem. lib. 2. const. Apost. cap. 36.* ibi: *Die Dominica diligentius conuenire laudem Deo laturi, qui per Iesum cuncta condidit, & illum ad nos misit, & à mortuis excitauit. Nam quam excusationem aferre potest Deo, qui in hoc die non conueneit ad audiendum salutarem de resurrectione sermonem, in quo tres orationes stantes concepimus in memoriam illius, qui resurrexit tertio die? Prophetarum lectio habetur, & Euangelij prædicatio, & sacrificij oblatio, ad pie dispensatio*: quibus verbis apertus est modus celebrandi Dominicum diem, Conci. Constantinopo. 6. *Cano. 8. diei Dominici tanta debet esse obseruancia, vt præter Orationes, & Mis-*

*Missarum solemnia, & ea quæ ad vescendum pertinent; nichil fiat*, Synodus Trulla. *cap.* 19. *&* 81. *Forojul. sub Carolo, & Pipino, cap.* 13. *Concil. Emeriten. cano.* 19. *Concil. Agath. cano.* 21. *relatum in cap. si quis* 3 5. *de consecra. dis.* 1. *& cano.* 63. *Triburi. cano.* 35. *Mathis. secundum cano.* 2. *Illiberitanum cano.* 21.

9 Non solum Ecclesia imperare valet dies sacros vt Dominicum, & alios, verum, & Episcopi hanc authoritatem, & potestatem obtinent in suis diœcesibus, pro vt vtilitas, & necessitas illis suadeat *dic. cap.* 1. *de consecra. dist.* 3. *cap. conquestus fin. hoc tit.* Sed in eorum constitutione adhibetur populus, ne ipsum multis færijs oneret, nam legitur apud *Dionem Casium lib.* 60 Claudium Cæsarem 4 consulatu multas færias abrrogasse, quod maior anni pars his absumebatur, non sine magno Reipublicę detrimento ☞ Nec illud erit omitendum transgresionem diei Dominici, & aliorum ab Ecclesia imperatorum pęnam mereri; quemadmodum colligens ligna Sabbatho, fuit Dei iudicio lapidatus *Num.* 15 *sex diebus facietis opus, septimus dies erit vobis sanctus; qui fecerit opus in eo occidetur*, & Hierem. *cap.* 17. ibi *si non audieritis me, vt sanctificetis diem Sabbathi, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Hierusalem in die Sabbathi, succendam ignem in portas eius, & deuorauit domos Hierusalem*: Imperatores Leo, & Antheminus *in leg. fin. C. de ferijs* imponunt transgresoribus feriarum, quæ præscriptæ ibi sunt, amissionem militiæ, & bonorum seu patrimonij præscriptionem: solet & Ecclesia pænam imponere transgresoribus, & non obedientibus manderis eius. Quade re extat testimonium *in Concil. Illiberitano can.* 21. vbi P.P. Concil. pænam imponunt non accedentibus per tres Dominicas ad Ecclesiam: scilicet, vt tanto tempore abstineant, vt correcti videantur, vbi videndus iam laudatus, *D. Emmanuel Gundisalbus in notis; cap.* 42.

10. Aduc in nostro tex. non solum præscribitur obseruatio diei Dominici, eiusque solemnitas attenditur, imo & statuitur tempus in quo ab opere cesandum tali in die, nempe à Vespera vsque in Vesperam, quod etiam præfinitur *in cap. quoniam. hoc tit. cap.* 1. *de consecra. dist.* 3.

*capa*

*cap. quod à Patribus 75. dist. Leui. cap. 23. Couarru. lib. 4. var. cap. 19. num. 9.* & hoc est intelligendum quantum pertinet ad solutionem laboris ab operibus, quorum vacatio datur, non quantum pertinet ad diei diffinitionem, qui incipit a media nocte, vsque ad aliam mediam noctem subsequentem *Paulus in leg. more 8. ff. de ferijs*, ita vt quidquid actum fuerit in his viginti quatuor horis, perinde est, ac si in quauis hora lucis actum esset, *cap. quod à Patribus 37. dist. gl. in cap. 1. de consecra. dist. 3. verbo vsque ad vesperam.* Verum quamdiu nunc, & quatenus coli debeant feriæ, consuetudo erit inspicienda *dic. cap. quoniam 2. hoc tit.* Incumbit autem onus Parrochis prænunciandi populo singulis diebus Dominicis, quæ sint feriç hebdomadç celebrandæ, *dic. cap. 1. de consecra. dist. 3.*

11. Cçterum quamuis PP. Concilij Compendiensis solum decreuere in diebus Dominicis færiandum, seu cessandum ab omni opere seruili, tamen eorum constitutio est extendenda ad alios dies sacros, & solemnes statutos ab Ecclesia *in cap. pronuntiandum 1. de consecra. dist. 3. & in alijs supra num. 6. traditis*; in quibus ab opere illicito cessandum *cap. fin. hoc tit. leg. omnes dies 7. C. de ferijs Exo. cap. 23. Nume. 15* adeo vt his in færijs iudicia etiam ex consensu partium non valeant agitari *dic. cap. fin. cap. 1. 2. & 3. 15. q. 4. leg. si feriatis 6. C. de færijs.* Ethnici quoque id ipsum obseruabant in suis færijs, & per præconem nuntiabantur, vt à litibus & iurgijs abstinerent, *Cicero lib. 1. de diuinatione, & lib. 2. de legibus* meminit legis duodecim tabularum *ferijs iurgia amovento*, Ouidius 1. fastorum.

*Lite vacent aures: insanaque protinus absint*
*Iurgia, differ opus liuida longa tuum.*

Ita solebant præcones ante Flamines ire, qui iuberent færijs publicijs homines ab opere abstinere, ne illç polluerentur, si quid in illis operis fieret, vt ait *Festus lib. 4. verbo proclamitatores Macrobius lib. 1. Saturna. cap. 16.* Idem obseruabit Numa Pompilius secundus Romanorum Rex, & alia refert *Plutarchus in vita Numæ.* Verum in færijs rusticis, de quibus mentio fit *in cap. fin. hoc tit. & in alijs,*

ex consensu partium licet iudicia exercere *leg. 1. §. 2. leg. si feriatis 6. ff. hoc tit.* nam cum principaliter in fauorem partium sint inductæ, ideo talis fauor potest renuntiari, quamuis secundario ob publicam vtilitatem: cæterum prohibitio sacrarum fæiarum respicit principaliter publicum fauorem, hoc est Dei Optimi Maximi Cultum, ideo priuatorum pacto non remititur *cap. si diligenti de foro comp. leg. ius publicum 38. ff. de pactis.*

12. Verum pro necessitate ab opere seruili non cessare diebus in Dominicis, certum est, licere. Exemplum inuenimus apud *Mathe. cap. 12. Marcum 2. Lucam 6* vbi excusantur discipuli tempore famis euelentes spicas in Sabbatho, adque *in cap. 3. hoc tit.* permissum ab Alexandro 3. est, Halecia capere etiam diebus Dominicis, & færiatis, exceptis maioribus & solemnibus (est enim Halecia genus piscis certis in diebus solum aparens, vt notat *glos. in dic. cap. 3. verbo Halecia*) ita vt post capturam factam portio eius proximioribus Ecclesijs, & pauperibus distribuatur: quam exceptionem ad omnia opera rustica, quæ ex mora periculum patiuntur, extendit Constantinus *in leg. omnes iudices 3. C. de ferijs*, Virgilius, *lib. 1. georg.*

> *Quippe etiam festis quædam exercere diebus*
> *Fas, & iura sinunt &c.*

Rationemque reddit Constantinus, ne occasione momenti pereat commoditas cœlesti prouisione concessa, sic etiam si actio peritura sit tempore messium, vel vindemiarum, vel res ipsa, datur iudicium, exempla habemus *in leg. 1. 2. & 3. ff. de ferijs*; aut res celeritatem desideret, seu officium iudicis, vt in damni infecti causa, & noui operis nuntiatione *leg. 1. de damno inf. C.* In summa quod non est licitum lege, necessitas facit licitum *cap. quod non est licitum de regulis iuris, cap. 2. de obseru. ieiuni.* pugnatur in necessitate, & in sacris diebus *cap. si nulla 15. 23. q. 8 cap. [illegible] 2. de immu. Ecclesiar.* Idque didicerunt experimento faciendum esse Macchabæi, primum ob id victi, quod non pugnarent *1. Macha. cap. 2.* & Dion Cassius *lib. 37. hist. Romanæ* scribit, Pompeium templum Hierosolymitanum expugnasse, quod die Sabbathi non fuerant ad bella [illegible]. Christus quoque

de

de hac necessitatis excusatione admonet Iudæos, dum *Lucæ, cap. 13.* ait, *Hypocritæ nonne vnusquisque vestrum soluit Sabbatho equum suum, aut asinum à præsepio, & non ducit adaquare &c.* ad quæ ideo omnia, quæ pertinent ad salutem hominis, actionem habent à Deo dispensabilem in necessitate; cum Sabbatham propter hominem etiam factum est, non homo propter Sabbatum *Marci 2. vers. 27.*

13. Non solum pro necessitate non vocare à laboribus permissum, verum & pro pace & tranquillitate, cum trāsactio de litibus subortis admissa à Leone, & Archad: *in leg. fin. C. de ferijs*; & Honorius 3. *in cap. significauerunt fin. de iudicijs* præcepit, sententiam executioni mandari, non obstante exceptione à parte opposita vindemiarum. Deinde, vel si pietas suadeat, quæ sunt verba *tex. in cap. conquestus fin. hoc tit.* pietatis enim opera non solum nō prohibita, verum & iussa *dic. cap. fin.* & licet benefacere, & animam saluam facere in Sabbatho *Matth. 12. vers. 27.* *Lucæ cap. 6.* accedit Prosper dum ait lib. Epigram.

*Non recte seruat legalia Sabbatho cultu*
*Qui pietatis opus credit in his vetitum.*

Sū ma ratio actus, quæ pro religione facit, *leg. sunt personæ de religiosis, & sumpti. funer.* ad pietatē videtur pertinere manumissio, & datio libertatis, quę permittitur diebus in sacris *leg. 2. de ferijs*, & excōmunicationis absolutio, vt ait *Summa Rosella verbo feriæ n. 21.* Sic studere diebus Dominicis, post impensam operam cultui Diuino, non est prohibitum, pertinet enim hoc ad vtilitatem publicam *cap. fin. de Magistris*; & vt otium indignum hominibus euitetur *cap. nunquam 33. de consecra. dist. 5.*

14. His nisi in casibus, & alijs similibus, traditis *in leg. 2 ff. hoc tit.* nunquam licuisse diebus in sacris aliquod opus illicitum exercere; quare prohibentur, & damnantur in festis saltationes, turpia cantica, theatrales ludi, & spectacula *cap. irreligiosa 2. de consecra. dist. 3. cap. qui die solemni 46. de consecra. dist. 1.* vbi à PP. Concil. Cartag. 4. imponitur pœna excommunicationis in euntes ad spectacula die in sacro, prætermisso solemni Ecclesiæ conuentu, id ipsum inhibetur

in

*in leg. fin. C. de ferijs* à Imperatoribus Leone, & Anthemio; hinc & prohibentur comessationes intemperatæ, quæ pernicioso exemplo fiunt diebus festiuis *cap. comessationes 1. 44. dis. cap. denique 4. dis. cap. Ecclesiæ princeps 3. dis.* facit *D. Ambros. to. 4. lib. de Elia cap. 17. & Hiero. epis. ad Eustochium, valde absurdum*, ait, *nimia saturitate velle honorare Martyrem, quem scias Deo placuisse ieiunijs.* Cæterum epulari, & gaudere diebus fæstiuis, honestate seruata, & cum Dei timore, & honore, non est improbatum, imo & laudatum, vt legimus *lib. 2. Esdræ cap 8. ver. 10. cum seq.*

15 His sic in medium constitutis, iam fluit ratio decissiua nostri tex. Conueniens enim fuit, vt feriæ sacræ, & dies solemnes imponerentur iure naturali & diuino, ex eo quod omnes homines tenemur per actus externos Deum colere, *l. veluti 2. ff. de iusti. & iu. cum alijs Suarez de religione 1. to. trac. 2. lib. 1. cap. 1. & 2.* in quibus diebus ab omni opere serulli cesandum, vt in illis deuitum honorem, & cultum illi exhibeant, iuxta illud *Phsal. 45. vacate & videte quoniam ego sum Deus*, animusque sudoribus terrestribus intermissis ad maiora, & cœlestia consideranda raperetur, & Deum agnoscat, veneretur, & placcat; docuit id exemplo primum Deus cum per sex dies vniuersa, quæ cœlo, mari, & terra continentur, creauit, requieuit die septimo *Gen. cap. 2.* Deinde summa Dei fuit prouidentia, dies quoldam ab opere consueto quietos constituere, vt homines recrearentur in ipsis, ne in via deficerent laboris, indicat *Plato lib. 2. de legibus Seneca lib. 2. de tranquilitate vitæ.* Ideo merito PP. Conci. Comp. in nostro tex. decreuere die in Dominico à vespera vsque in vesperam cesandum ab omni opere seruili, & illicito; adeo vt nec mercatum, nundinas & alias negotiationes eo in die exercere, & celebrare sit licitum, ne à cultu Diuino, & contemplatione animum reuocent, & quia inter contrahentes frequenter peccatum committitur *cap. qualitas 2. de pœnit. n. dis. 5.* cum naturaliter sint homines propeni ad se inuicem decipiendos *leg. in causa 16. §. idem Pomponius ff. de minoribus leg. 22. §. fin. ff. locati.* Eadem ratione stre-

pi-

pitus iudiciales prohibentur die in Dominico, & quia ex illis labores, inimicitię & calumnię nascuntur, ex quibus animus inquietus, & vagus redditur *cap. vni. de Syndico cap. 1. de restitutione spolia. lib. 6* nec interest an iudicium sit ciuile vel criminale *cap. fin. hoc tit. cap. 1. cap. placita 15. q. 4. leg. 1. §. 1. leg. si feriatis 6. ff. de færijs, leg. secunda in fine leg. vlt. C. eode. tit.*

16 Nec obstant rationes dubitandi supra traditæ: non prima quatenus dicebamus in ea, opera, quorum mentio efficitur nostro tex. non debere prohiberi diebus in sacris, vt illicita; quæ si essent, nec in alijs diebus valerent exerceri. Cui considerationi sit satis, si dicamus opera seruilia prohibita, non ex eo quod per se illicita sint, sed ob reuerentiam Deo diuitam, ne ab eius cultu, & contemplatione animum reuocent his in diebus: Eadem ratione iuditia prohibentur, quamuis sint licita per se ex tex. *in cap. vnico de Syndico* notat *Ioannes Gutierrez lib. 1. cano. quæsti. cap. 32. num. 9. Couar. dic. cap. 28.* Nec ex cessatione litium in færijs, immortales redduntur; quia alij plures dies supersunt, in quibus agitari, & finem accipere possunt, & quamuis aliquo modo prorrogentur, religioni prius est prospitiendum, *leg. sunt personæ de religiosis, & sumpti. fune.* Nec patrimonium minuitur; siquidem si causa, & necessitas vrgeat, iam diximus rigorem nostri præcepti relaxari *Osual. ad Done. dic. lib. 24. commen. Cap. 7. litt. C.*

17 Nec obstat augmentum rationis dubitandi deductum *ex tex. in cap. veniens 15. de acusatio.* ex quo deduximus citationem valere fieri ad diem færiatum. Quia dicendum est, eo in iure citatio non fuit facta, vt in die færiato reus respondeat, quia tunc nō valeret, *Cap. vlti. hoc tit. leg. si feriatis C. de færijs*, sed tantum, vt compareat, & die subsequenti respondeat, in causaque procedatur: & sic citatio facta, vt in die fęriato respondeat, non tenet, vt compareat, valet; quemadmodum valet citatio facta sub hac forma, vt ad diem fęriatum compareat, iuxta quam doctrinam intelligendus erit tex. *in cap. cum dilecti de dolo, & contu. cap. fin. de dilationibus cap. quoniam de in integ. restitu.* notat *gl. in dic. cap. veniens*

*verbo propter contumatiam Panor. ibidem num. 5. Anast. Germo. lib. 2. de sacro. immuni. cap. 18. & lib. 3. cap. 20. Vantius de nullitatibus ex defectu cit. num 46. ver. idem dicitur de excusatione, Salgado de regia protec. p. 2. cap. 13. num. 99.*

18 Non obstat tex. *in leg. miles 11. §. sexaginta ad legem Iul. de adul.* vbi marito permittitur proponere libellum adulterij contra mulierem fęriatis in diebus. Quo in casu dicendum est, oblationem libelli de adulterio illud operari, non vt acusatio eo in die prosequi valeat, sed solum vt interrumpat præscriptionem contra sexaginta dies, quibus prætermissis maritus vti extraneus admittitur, *leg. iure mariti 6. C. ad legem Iuli. de adul.* & mirum non est *indic. §. sexaginta* libelum adulterij admitatur in die feriato, cum vicem actus iudicialis non obtineat, *Anast. Germo. dic. lib. 3. de sacro. immuni. cap. 20. num. 34. cum seq.* Quo pacto intelligendus est tex. *in leg. 1. C. de ferijs,* vbi admittitur libellus appellationis, & proponitur færiato in die, & tamen dubium non est appellationem actum iudicialem esse, cum sit de iudice inferiori ad maiorem prouocatio, *cap. non solum. cum alijs de appella. lib. 6.* nec id alia ratione procedit, nisi quia ibi appellatio non proponitur, vt in die færiato prosequatur, sed vt dies continui à die sententiæ computandi interrumpantur, ne ab aduersario præscribantur. Quare ergo dies continui appellationis sint, cum *in leg. 1. §. dies autem istos 7. ff. quando appellandum sit* ab Vlpiano vtiles vocentur? quia dicendum est, tunc vtiles dicuntur, cum facultas ad eundi iudicem non est, *vt indic. leg. 1. §. 7.* & continui tunc, cum non per iudicem, sed per partem stetit quominus appellare non potuisset.

19 Non obstat tex. *in leg. Custodias 12. de publicijs iudi.* vbi custodia Latronum in diebus færiatis exerceri, & audiri potest. Cui iuri respondendum, id admissum esse, quia custodiæ cognitio non solum pro tribunali, sed de plano fit, *leg. vnus 18. §. fin. ff. de quæstionibus,* & quia ex tali cognitione multorum salus, & incolumitas procuratur. Quo modo intelligitur tex. *in leg. Divus 9. ff. de ferijs.* Nec obstat

tex.

tex. *in leg. Prouinciarum* 10. *C. de ferijs*, vbi Paschali in die quæstio latronum peragitur; quod summa ratione Imperatores sansere, ne differatur sceleratorum proditio, quæ per latronum tormenta quærenda est.

20 Tandem non obstat secunda dubitandi ratio, dicebamus enim in ea etiam in die Sabbathi esse feriandum sicut in Dominico, tam ex lege veteri, quam ex noui testamenti pagina, *ex cap. licet tam veteri 3. hoc tit.* Cui difficultati, vt satisfaciamus, supponendum est, præceptum festorum obseruandorum, partim esse cæremoniale, partim morale, ceremoniali precepto dies Sabbathi veteri lege obseruabatur, & morali, quatenus natura ipsa suadet Deum colere. Sic lex Diuina veteris testamenti quoad cæremoniale præceptũ diẽ septimam deputauit cultui diuino, & quieti; quo ad morale tempus aliquod arbitrio Pontificum diffiniendum significat sub septime diei nomine; & licet cæremoniale cesauerit per aduentum Christi, *cap. vni. de purific. post partum cap. translato de Constitutio.* morale non cesauit, imo lege Euangelica comprobatur; adque ideo dies septimus sacer, & færiatus est lege noui testamenti, quo ad moralem significationem, quæ nusquam cesauit, nec cesat. Quo pacto PP. Concilij Tibur. *indic. cap. 3.* decreuere, diem septimam, tam lege veteri, quam noui testamenti pagina ad quietem constitutã esse *Couarru. lib. 4. varia. cap. 19. num. 4.*

21 Amplius non obstat *cap. 8. sextæ Synodi in Trullo*, ex quo aseuerabamus aduc in lege gratiæ Sabbathi diem solemnem, siquidem cum luminarijs, & oblationibus omnes fideles ad Missarum solemnia eo in die accedere teneri. Quem vt nodum dissoluamus, obseruandum est, bis sextam Synodum congregatam fuisse, primo sub Constantino Imperatore, secundo sub Iustiniano eius filio, in qua nulli Canones fuerunt constituti, sed tantum ei fuerunt acumulati centum, & duo inter quos in fuit illæ Octavus Canon, & cũ sexta Synodus in Trullo Regio Palatio absq; vllo Põtificis legato, & sine eius authoritate fuisset congregata, nullo modo vniuersalis dici potest, de qua inualidatione sextæ Synodi extat mentio *in*

*cap.*

*cap. quoniam 7. 16. dis.* quare Canones, qui Romanæ Ecclesię contrarij sunt, , nec admissi; inter quos fuit tex. *indic. cap. 8. & tex. in Cano. 52. sextæ Synodi*. Nec prædic. obstat *cap. sextam Synodum 5. 16. dis.* vbi Pontificis Adriani authoritate sexta Synodus cum omnibus suis capitibus accipitur; quia in primo, & secundo Vaticanis legitur septimam Synodum, ita *glo. indic. cap. 5.* & ita interprætandus *tex. in cap. sextam Synodum 39. de consecra. dis. 3.*

22 Nec quidquam facit augmentum rationis dubitandi deductum *ex Cano. 65. Apostol.* & ex alijs iuribus, & authoritatibus supra num. 5. alatis, ex quibus deducebamus æqualitatem quo ad solemnitatem, & lætitiam Sabbathi, & Dominici diei, siquidem ieiunium vtroque in die inhibetur prædic. in testimonijs. Qua in dificultate enodanda *Graña in parafrasi ad nostrum tit. num.* 11. existimauit, nixus authoritate, *Baronij anno Christi 102. num. 15. Seuerini Vinij ad Cano. Apostolorum cano. 65. Belarmi. tom. 3. controuersiarum, lib. 2. de bonis operibus cap. 8.* verba illa *indic. Cano. 65.* ibi: *vel Sabbatho* supposita & inserta á Græcis posterioribus: tum quia Canon Apostolorum á Piphanio citatur. illa in partes: tum quia Sancta Romana Ecclesia ex authoritate Petri, & Pauli Sabbathi ieiunium suscepit, vt constat *ex epist. 119. Diui August. rescripta ad Ianuarium cap. 13. & ex epist. 85. ad Casulanum & ex D. Isidor. lib. 1. de officijs cap. 24. Thomas Vualdensis de Sacramentalibus tit. 16. cap. 140.* qui conatur probare festiuitatem diei Dominici ab Apostolis fuisse institutam, ita *Tertulli. aduersus gentes cap. 16.* & alij plures congesti á *Couarru. dic. lib. 4. variar. cap. 19. num. 6.* & constat *ex Innocen. 1. epist. 1. ad Decentium cap. 4.* relato *in cap. Sabbatho 13. de consecrati. dis. 3.* Cętera verò iura intelligenda esse existimauit (& recte) de consuetudine Orientalis Ecclesiæ ieiunium execrantis in Sabbathis, maiori excepto; non Iudaico ritu, aut Ebionæorum, qui, *Eusebio teste lib. 3. histo. cap. 21.* ęque Sabbathum & Dominicum celebrabant, contra quos extat *Canon 29. Concilij Laodiceni*, & decretum Gregorij Magni *lib. 11. registro. epist. 1.* sed quo impudenter damnarei Manichęos, & alios, qui

qui Sabbathis ieiunabant in detestationem Dei Iudęorum, ne facere viderentur quod ipse fecit, id est quiescere, & festum agere. Quo facto Catholici Orientales profitebantur vnum eundemque Deum esse, qui mundum condiderat, Sabbatho ab opere quiescens, & mundum morte redemerat, Dominico in die à mortuis resurgens.

23 Quæ solutio quoad intellectum solum *predic. Canonis 65. Apostolorum*, quia emendat præ-dic. Canonem, reiicienda est: itaque dicendum prędictum Canonem in initio nascentis Ecclesię quo ad Sabbathi ieiunium viguisse: Cuius diei postea solemnitas Apostolica proculdubio authoritate fuit intermissa Euangelij Luce corruscante; quæ intermissio summa ratione nititur, nam sicut Domino congaudendum resurgenti, ita & iacenti in sepulchro condolendum, id ipsum nos docet *Innocen. Papa epist. 1. ad Decentium cap. 4.* relatus *in cap. Sabbatho 13. de consecrat. dist. 3.* ibi *nam si diem Dominicũ ob venerabilem resurrectionem Domini IesuChristi celebramus, verum etiam per singulos circulos hebdomadarum ipsius Dei imaginem frequentamus, ac sexta fœria propter passionem Domini ieiunamus, Sabbatum prætermittere non debemus; quoniam inter tristitiam & lætitiam temporis illius videtur inclusum.* Qua ratione moti Apostoli ieiunium admiserũt in Sabbatho, suo que facto prędictum Cononem derogarunt, & Ecclesiam non obseruare demandarunt, cum ipsi fęria sexta & septima ieiunassent, hisquè in diebus in mœrore fuissent, vt ait *Innocen. in dic. cap. Sabbatho* ibi, *nam vtique constat* (prosequens superiora verba) *Apostolos biduo isto, & in merore fuisse, & propter metum Iudæorum se occuluiße. Quod vtique non dubium est, in tantum eos ieiunaße biduo memorato, vt traditio Ecclesiæ habet, isto biduo Sacramenta penitus non celebrari:* quid apertius ? &. pro hoc intellecto faciunt authoritates superiori numero tradi ditæ.

24 Quo Apostolorum exemplo Romana, & Hispana Ecclesia solum Dominicum diem gaudijs reseruauit, Sabbathum vero ieiunio mœstiter colebat, *ex dic. cap. Sabbatho Con. Arelatense 4. Cano. 2. Gerundi. cano. 3. Cæsaraug. cano.*

3.

*3. Bracha. cano. 4. Agath. cano. 12. Sauarus ad Sydonium lib. 1. epist. 2. verbo Luxu Sabbathario, Ambianus ad Tertulli. cap. 15. obserua. 2. Gazeus ad Cassianum lib. 3. cap. 9.* Cuius rei D. Hiero. egregium præbuit testimonium *epist. 28. ad Lucium Beticum* in hæc verba, *de Sabbatho quid queris vtrum ieiunandum sit; & de de Eucharistia, an accipienda quotidie, quod Romanæ Ecclesiæ, & Hispanæ obseruare perhibentur; scripsit quidem & Hypolitus vir disertissimus, & carptim diuersi scriptores de varijs actionibus edidere: sed ego illud te breuiter admonendum puto, traditiones Ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiunt, ita obseruandas, vt à maioribus traditæ sunt &c.* Sed quia Apostolicus primitiuę Ecclesiæ spiritus, vt litteris mandatus *in dic. cano. 65.* apertus est, non autem tam apertum Apostolos biduo memorato ieiunasse; ideo guo D. Hieronymi, alijsque in ætatibus homines perplexos, & dubios de obseruatione ieiunij in Sabbatho fuisse in Ecclesia Romana, & Hispana: & vt certos redderet de veritate suo æuo D. Hieron. superius testimonium edidit, idem respondit *ad Ianuarium epist. 118.* in qua dubietate fuit, & Ambrosius, Monicæ dicens, *cum Romam venio, ieiuno Sabbatho, cum hic sum* (id est Mediolani) *non ieiuno*, verba sunt *tex. in cap. illa 11. 12. dist.*

25 Sed acriter obstat Concilium Illiberitanum in Hispania celebratum circa Silbestri Pontificis tempora *can. 26.* Ibi, *errorem placuit corrigi, vt omni Sabbathi die ieiunium super positionem celebremus*; ex quibus verbis aparet in Hispania fuisse prohibitum ieiunium in Sabbatho: ergo in Hispana Ecclesia ex traditione Apostolorum ieiunium in Sabbatho non fuit admissum, contra nuper dicta. Cui nodo vt responsum præbeam, sciendum est, ex diuersa consuetudine Orientalis, & Occidentalis Ecclesiæ oriri, vt plures Ecclesię Africæ Orientali adhæserint. *Tertulli. ad Psichicos cap. 15. D. August. epist. 88* alię verò Romanam sequerentur, inter quas fuit Hispana, vt constat *ex prædic. cano. 26. & ex Conci. Gerundi. Cæsaraugust. & ex alijs supra traditis.* Cæterum cum Hispania per Arabes Mahometano per 700. & amplius annos crudelissimis bellis oppressa fuisset, nil mirum in penuria tot temporum contraria

con-

consuetudo inducta sit, vt refert *Alphonsus Ciaconius in trac. de ieiunio.* Quâ consuetudine introducta nec mirum PP. Conci. Illiberitani errorem corrige conentur ieiunandi in Sabbatho, vt Sectatores Ecclesiæ Orientalis *indic. cano.* 26. cum semper Orientales PP. Latinis insultabant, quia contra Apostolicas leges Sabbatho ieiunabant, & ad suam consuetudinem reducere Romanam Ecclesiam desiderabant, vt constat *ex cano.* 55. *Concil. Constantinop.* 6. in quo sic statuitur, *quoniam intelleximus in Romanorum Ciuitate in sanctis quadragesimæ diebus in eius Sabbathis ieiunari præter Ecclesiæ traditam consuetudinem sanctæ Synodo visum est, vt in Romanorum Ecclesia Canon inconcusse obtineat, qui dicit, si quis clericus inuentus fuerit in sancto Dominico vel Sabbatho ieiunans, præter vnum & solum, deponatur; si autem Laycus, segregetur;* vnde varius mos introductus in Ecclesiis Hispaniæ, vt ait *Luitpran. in Chroni. anno* 409. ibi, *celeberrimus habetur in Hispania Sixilla, quod anno* 776. *contraxit Concilium Toleti ex mandato, litterisque Adriani Papæ contra Egilanem Episcopum Illiberitanum nolentem die Sabbathi à carne abstinere:* verum Innocencij 3. temporibus in Prouincia Bracharensi carnes non edi constat *ex cap.* 2. *de obserua. ieiuno. leg.* 6. *tit.* 23. *par.* 3. Hodie tamen extrema tantum animalium eduntur in Hispania, quæ consuetudo, si credimus *P. Marianæ lib.* 10. *histo. cap.* 24. quem sequitur *D. Laurentius Ramirez in notis ad Luitpran. fol.* 409. viguit tempore Alphonsi 8. Regis post victoriam, quę vocatur *de las Nauas de Tolosa,* & veteri more introducta à Gothis, qui ex Grætia ad Hispaniam transtulerunt; quæ est nota nostri Vespertini *D. Emmanuelis Gundisalui ad dic. Canonem* 26. *Concilij Illiberitani ver. ex hac ergo,* qui plures de ieiunio Sabbathi tractantes refert.

26. Cæterum quoad ieiunium Dominici diei, nec Orientalis, nec Occidentalis Ecclesiæ vnquam dubitarunt, nec disenserunt; imo præceperunt ne quis ea in die ieiunaret; quia Manichæi Christi resurectionem negarunt, dieque illa lucta, & tristitia ieiunabant, notat *Baroni. anno Christi* 58. *num.* 63. *Couarru. lib.* 4. *varia. cap.* 19. *Thomas Sanchez lib.* 2. *in præcep. Decalo. cap.* 12. Cuius prohibitionis extat

men-

mentio in *Concil. Cæsaraugus. cap.2.* relato *in cap. nequis 15. de consecra. dis.3. cap. ieiunium 14. eadem dis.3. in Conci. Gangrensi cano.18.* relato *in cap. si quis tanquam 7. 30. dis. in Conci. Cartaginensi 4. cano. 34.* relato *in cap. Sacerdos 6. 26. q. 7. & in Conci. Martini Papæ* relato *in cap. vlt. 30. dis.*-- Deinde contra hanc doctrinam extat *Canon 64.* Martini Bracharensis in colectione Orientalium ibi, *non licet quemque clericum die Dominica ab Ecclesia absentem esse, sed Missarum solemnibus interesse, & ieiunio.* & *Hiero. epis. 28. ad Lucinium*, relatus *in cap. vtinam 11. 63. dis. & cap. nosse credo 9. eadem dis.* Quibus singulis satisfacit noster Primarius *D. Anto. Graña in parafrasi ad hunc tit. num. 12. & 13.*

27 Sic his constitutis nunc venit interpraetandus tex. valde difficilis circa solemnitatem diei Dominici *in cap. quoniam 2. hoc nostro tit.* Vbi Alexander 3. decreuit diebus in Dominicis, & alijs festiuitatibus Paschatis, vsque ad Pentecostem neminem valere genuaflectere, ni secreto cum deuotione; idem invenitur inhibitum *in Concil. Niceno cano. 20.* relato *in cap. quoniam 55. de consecra. dis. 3. in Concil. Carthag.6. cap. 20. cap. fin. 30. dis.* videndus *D. Ambrosius sermo. 51. de Pentecoste D. Hiero. in dialogo aduersus luciferia. & in Proœmio epis. ad Ephesios Tertulli. de corona militis cap. 3.* ibi, *ex antiqua enim Ecclesiæ traditione die Dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare eadem immunitate à die Paschæ in Pentecostem vsque gaudeamus.* & à temporibus Apostolorum talis consuetudo non genuflectendi in oratione accepit exordium, vt ait Beatus Ireneus Martyr Episcopus Lugdunensis, qui fuit Policarpi Ioannis Euangelistæ discipuli auditor, *in lib. de Paschate,* vbi meminit de Pentecoste, ibi, *in quo genua non flectimus, quoniam par est cum die Dominico potestate, iuxta eam, quæ de illa est dicta, causam:*

27 Et tamen genuflexio apud omnes nationes signum fuit humilitatis, sumissionis, ac reuerentiæ erga eum coram quo genuflectitur, & adeo antiquum morem, vt existimen cum ipsa natura hominis natum esse: cuius antiquitatis testimonium perhibent sacri scriptores, & profani, de Profanis sufficiat illud *apud Homerum,*

*Ius*

*Ius imperiumque Phractes.*
*Cæsaris accepit genibus minor.*

& apud Pierium, Elephantus, eo quod non flectebat genua symbolum est Regum, & eorum qui nolunt humiliari, & alijs summitti: de Sacris *D. Hierony. de viris illustribus in Iacobo sic* ait, *Sanctus Iacobus cognomento iustus, pro populo flexis genibus assidue deprecabatur, adeo, vt in Camelorum duritiem eius genua transisse crederentur*, idem accidisse Asellæ perorandi frequentia, *Hieron. epist. 15. ad Marcellum, & Marolus, lib. 2. cap. 1.* refert D. Bartholomęum, & D. Martham in oratione centies in die, & centies in nocte solitos fuisse genuaflectere, *Tertulli. ad Scapulam, idem contra Marcum cap. 18. D. Hiero. in Esaiæ cap. 45.* ibi: *moris Ecclesiastici est Christo genuflectere, & lib. 2. commentariorum in cap. 3 ad Ephesos:* & ex varijs Sacræ Paginæ locis patet antiquus genuflexionis vsus *Gene. cap. 41. Isa. 45. ad Romanos cap. 14. ad Philipen. 2. tercio Regum cap. 8. Acto. cap. 21.* quo modo Dominus noster Iesus Christus patri orauit *lucæ cap. 23.* Ex quibus omnibus constat morem in Ecclesia fuisse genuflectendi; quare id inhiuitum in Dominico *in dic. cap. quoniam 2. & in alijs superiori n. alatis!*

29 Quorum morum plures rationes redit *Cardinalis Turrecre. in dic cap. quoniam 55. de consecra. dis. 3* & ante ipsum *Iustinus quæst. 115.* Sed vtriusque ingem oportuit obtinere memoriam, itaque die Dominico genua non flectere signum est, & designatio resurectionis, per quam gratia Christi & à peccatis, & à morte, quæ ab illo interfecta est, liberati sumus, quo resurectionis in tempore recto vultu oratio fiebat, quia letitię ocasio erat; amplius hęc consuetudo contra aliam Iudęorum fuit introducta, quia ipsi & Manichæi negabant Christum in die Dominico resurexisse, in quo ieiunabant, & genuaflectebant iuxta tex. *in cap. fin. 30. dis. Baroni. anno Christi 372. circa finem*, ideo *in Concil. Niceno cap. 20.* statutum vt illis in diebus nec ieiunium, nec signum aflictionis fieret, quo pacto intelligitur tex. *in cap.*

*quoniam 2. hoc tit. cap. quoniam 55. de consecra. dis. 3. Ambro. & Hiero supra num. 26. traditi & alij.* Nostris vero temporibus visui & consuetudini standum, nam etiam Paschatis tempore genuflectimus, ingredientes in Ecclesiam, *ad homo factus est*, in Cantico *Te Deum laudamus*, & ad alia multa. Cæterum consuetudo genuflexionis per sex dies probata ex alijs pluribus authoritatibus *num. 27.* traditis, symbolū est, & nota lapsus per peccata nostra, quem genuflexione humiliantes nos significamus; sicque ex hac consuetudine poplites flectendi repudiata manet heresis Agnoclytarum, qui contendebant nunquam esse orandum flexis genibus, sed semper stando, *vt Damas. refert hæresi 91.* de gonuflexione tractant *Cæsar Arelatensis homilia 30. Biuarius lib. 2. de veteri Manacha. cap. 9. num. 6. & 7.*

FINIS.